



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesius

Sammieli, 1613

De absolutione c. 12.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

nitens non impleat. * Quarto si sit
debilis vel senex. * Quinto si im-
ponantur illi opera alias debita.
Cæterum et si unus Confessarius
non possit pœnitentiam ab alio
positam sine causa mutare, quādo-
tamen aliqua subest, potest, & mu-
tare & minuere, neque necesse est
ut pœnitens confessionem illi re-
petat. Quamuis autem possit al-
ter pro altero satisfacere de licen-
tia Confessarii, hæc tamen sine
rationabili causa nequaquam de-
bet dari.

De Absolutione. Cap. 12.

Sacramenti huius Absolutio-
næ & forma nuptipatur, est
hæc. Ego te absolvō a peccatis
tuis. Ex quibus necessaria tantum
sunt, Te absolvō, si quis tamen
sine causa cætera relinqueret, gra-
uiter peccaret. Ex quadā pia con-
suetudine solent aliqua ante addi-

ut Misereatur tui, &c. & aliqua
post; ut Passio Domini nostri Ie-
su Christi, &c. Absolutio cum ra-
tihabitione facile danda non est,
nec si detur cum cōditione de fu-
turo valet, sed tantum de p̄t̄senti,
ut si ita res se haberet, ut narratur;
vel de p̄t̄erito, ut si hoc tecisti,
ego reabsolutio. Huiusmodi tamen
conditiones non sunt inter verba
formæ apponendæ, sed potius an-
te p̄t̄entienti aperienda. Melius est
ante absolutionem p̄t̄entienti ig-
noto satisfactionē imponere: no-
to verò, & obedienti etiam post
sine periculo poterit imponi. In
vna eademque peccatorum con-
fessione vna impendenda est ab-
solutio, sed si de eisdem peccatis
plures fiant confessiones, ut cum
quis iterum eadem peccata confi-
tetur, ut in confessione generali
potest ab eisdem peccatis s̄epius
absolui.

De Confessario. Cap. 13.

L ii